



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Heroicvm Certamen Qvadráginta Militum, natione Cappadocum, quod consummârunt, in Sebastæ ciuitate Metropolitana minoris Armeniæ, sub Agricolaö Præside, Tempore Licinij, Imp. in Oriente; Anno ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

HEROICVM CERTAMEN QVADRAGINTA MILITVM, ratione Cappadocum, quod consummarunt, in Sebastia ciuitate Metropolitana minoris Armenia, sub Agricola Praefide, Tempore Licij Imp. in Oriente; Anno Saluatoris 36. Siluestri Papa 3. Constantini Imp. 11. Ex eo, quod est apud Metaphrasten.

Vide Crif. Baro Tom. 3. Annal.

9. Martii.

Agricolai in Christianos lauitia.

Nomina 40. martyrum.

Praefectus aliquot 40. milites.

Licinius Imperator, cum mente crudeli & scelestâ, edictum nē quis Christum profiteretur, omnibus proposuisset. Agricola Praefecto homini barbâro & truculentō edicti executionem demandauit. Christianis igitur, qui in exercitu militabant imperabatur vt dijs sacrificarent. Erant tunc ex Cappadocię regione, qui vno in contubernio piē Deum colebant, milites quadraginta, viri in bello fortissimi atq; inuicti, quorum nomina hæc sunt: Domitianus, Eunocus, Sifinnius, Heraclius, Alexander, Iohannes, Claudius, Athanasius, Valens, Helianus, Meliton, Ecditius, Acacius, Viuianus, Heluius, Theodulus, Cyrillus, Flavius, Seuerianus, Cyrion, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priscus, Eurychus, Smaragdus, Philoctimon, Aërius, Michallius, Lyfimachus, Domnus, Theophilus, Euthycius, Xantius, Angias, Leontius, Ischyus, Caius, Gorgonius, Candidus. His compræhensis Praefectus imperat vt demonibus immolent. Nolite, inquit, ô iuuenes, floridâ ætatem & inuictum corporis robur, quo clarissimam sæpē de hostibus victoriam obtinuistis, perdere. nolite sempiternis ignominie maculis partam virtute gloriam obscurare. Ecce noui honorum cumuli dignitatibus vestris adijciuntur, si clarif-

clarissimi Imperatoris nostri legibus parere sine recusatione velitis.

Ad hæc Martyres; Si vnq̄ pro mortali Imperatore decertantes victoriã, vt ipse testaris, consequi sumus, quanto magis pro immortali ad extremũ vitę spiritum nos decertare decet? Præfectus audit hoc responso, martyres carceribus includi iussit; vbi illi vnanimi voce Deo psallentes, vocem nocte intempesta huiusmodi auribus perceperunt; Initia vestra præclare se habent, sed ille extremum vitę spiritum in constantia perstiterit.

Hæc vox salutarem illis timorem incussit, quo excitati noctem in precibus insomnem duxerunt. Manẽ facto, Præfectus ingenti amicorum turba circumseptus, adduci eos iussit; quos rursus blandis admodum verbis, diabolica arte confatis à constantia deducere conatus est. Et quare, inquit, summam optimi Imperatoris erga vos beneuolentiã in grauissimum odiũ cõuertere malitis, quã amplissimis opibus, cum insigni nominis vestri gloria, securẽ frui? Cui sanctus Candidus, respondit; Quã rectẽ cum moribus tibi nomen õ Agricolæ cõuenit. Es enim agrestis adulator, Hoc responso vehementer indignatus Præfectus, vinculis eos constringi, & sic denuõ ad carceres trahi mandauit. At Cyrion cum ea potestate illum minime præditum diceret, vt milites primi ordinis vinculis oneraret, se continuit, solutoque duci iussit.

Præclare
admodum
martyrum
vox.

vox cœli
tus ab illis
auditur.

Iterũ eos
blandicijs
aggreditur
Agricolus
præfectus.

In carcerem
mittuntur.

Septem autem diebus in carcere peractis, Dux Cæsaream rediẽs, octauo die sanctos iudicio sisti imperauit. Moxque muneribus & promissis constantiam eorum tentare cõcepit; sed cum munera

L 113 & in-

& ingentia promiffa vim eorum mentibus inferre non possent supplicia atroci admodum vultu & voce intentavit. Tùm ait sine mora honore spolientur militari. Immo, inquit Candidus, & ipsi etiam corporibus. Nihil enim præstantius aut præclarius nobis contingere potest. Dux hæc vocis libertate excandescens, sanctorum orationibus contundi iussit. Illi cum summa celeritate, vt imperata conficerent, niterentur, furore & amentia præcipites, mutuis sese ictibus foede vulnerarunt. At Dux graui indignatione commotus, summis viribus arreptum è terra lapidem, in vnum è sanctis mittere conatus est, sed furore præceps, ipsius præfecti os eo ictu contriuit.

Præclara
Candidi vox.

Quid facerent tunc satellites diaboli, cum omnes fraudes & supplicia martyribus Christi intenta, in proprium caput redundare conspiciebant? Dux frendens gemensque nè grauiori se populi ludibrio exponeret, confestim eos in carcerem detrudi iussit; & scelerato rursus concilio coacto, decretum fuit, vt funibus omnes constricti, in lacum traherentur. Erat ingens frigoris vis, cum martyres nudi in medio lacu constituti, cogebantur vel acerbissimo supplicio cruciari, vel balnei calore (quod è regione ad hanc rem paratum erat) cruciatus, qui ad tempus sunt, cum sempiterno animarum discrimine depellere. Interim eorum vnus acerbitate supplicij victus, per summum scelus deficiens, ingentem sociorum animis dolorè inussit. At illi cum multis lachrymis misericordiam Domini, nè profugi vnus scelere offensus, illis constantiam negaret, implorabant. Ecce autem hora noctis tertia calore Solis, ita martyres refecti sunt, vt nullum ex

Sententia
mortis, vt
frigore ne
centur.

Deficit vnus
à fide.

præ-

præcedentis frigoris vehementia, incommodum sentirēt. Is verò qui in perfidia vitæ suæ præsidium reposuerat, miserè interiit.

Aderant custodes à præfecto relictî, qui fugientes exciperent: inter quos vnus dum martyres mirabili lucis splendore circumseptos videret, sublaris in coelum oculis, diligentius, vndenàm tanta claritas proueniret, contemplari voluit; & ecce angelos quosdam è cælo descendentes & coronas singulis martyribus vno excepto, distribuentes aspexit. Custos igitur hoc spectaculo transfugæ scelus intelligens, proiectis magna alacritate vestimentis, in lacum insilijt, atque suppliciorum socium se libenter adiunxit. Hæc noui militis ad Christi confessionem accessio, iniustum animis ob socium amissum, dolorem egregiè sanauit, animumque addidit ad multa maiora pro Christi nomine subeunda supplicia.

Resciantur
calore solis
martyres.

Custos mar-
tyrum ad
Christum
aduertitur.

Centrifragio
necantur
martyres.

Mater Meli-
tonis.
Attende ex-
imiam illâ
pietatem.

Primo diluculo Tyranni aduenerunt. Vt verò custodem ad Christi castra transijisse compere- runt, furore perciti: hac sanctos sententia con- demnarunt, vt fractis cruribus necarentur. Dùm hoc crudele supplicium in martyres exercetur, venit eò pia Melitonis genitrix, quæ vt filium æ- tate omnium minimum, ad constantiam hortare- tur, supplicibus ad eum manibus clamabat; Fili, dulcissime fili, constanter age, ne vi tormentorû victus in certamine succumbas. Contemplare sempiternam illam cælestis vitæ coronam, quæ te post breuissimos eruciatu manet. Ne timeas fili, Ecce Christus cum multis Angelorum millibus certamen tuum attendens, tibi assistit. Vide igitur ne quid eius gloria indignum committas. His alijsque pia mater martyrem hortabatur

Lll 4 cum-

908 MARTYR. SS. XL. MILITVM
 cumque alij omnes felices Deo animas reddidit.
 sent, & sacra corū corpora ad ripam fluminis ve-
 herentur, Meliton (quia adhuc cum morte ipsa
 certabat) solus relictus fuit, quem mater, ne ceteris
 aliqua in re inferior esset, humeris suis imposi-
 tum adhuc spirantem viriliter currus sequuta,
 detulit. At filius in humeris matris lætus animam
 efflauit: cuius corpus matris ipsius manibus super
 reliquorum corpora proiectum fuit. Constructa
 autem incensaque pyra, sanctorum corpora cre-
 mata sunt.

Egregium
 mulieris ex-
 emplum.

Felici hoc certamine cum magna aduersario-
 rum confusione consummato, tyranni quodam
 stupore mentis oppressi, se mutuo intuebantur,
 atque vt sempiterna obliuione præclarum mar-
 tyrum certamen delerenti statuerunt, vt reliquias
 aquis fluminis absumerentur. Quæ non modo
 haustæ non sunt, sed clarissimo fulgore instar stel-
 larum micantes, post tertium diem à Petro ciuita-
 tis illius Episcopo sublatae, & summo cum hono-
 re in loco sacro reconditæ sunt.

Reliquiæ ab
 vndis serua-
 tæ, & ab E-
 piscopo in
 honore ha-
 bitæ.

In honorem verò prædictorum martyrum, Ti-
 berius Imp. Constantinopoli, insignem erexit Ba-
 silicam, quam Mauritius eius successor absoluit.
 At non in Oriente tantum, sed & in occidente ce-
 lebris extat memoria eorundem 40. martyrum,
 quorum causa S. Gaudentius Episcopus Brixianus
 Ambrosij æqualis in Cappadociam peregrina-
 ri non timuit, vt reliquias martyrum
 inde acciperet, & suam eisdem
 Ecclesiam illustra-

Vide Cæsar.
 Baronium
 in not. mar-
 tyr Rom.
 9 Marty.
 Tom. 3. An.
 Eccles. An.
 Domi. 316.
 Translatio
 reliquiarū,
 de Cappado-
 cia in Itali-
 am.

ret.

MARTY-